Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Non enim parua repugnantia putari potest · cum & locor plu
rimum interfit & temporis · & ipsius uocationis · Nam si iuxta
iordanen antequam ihc esset in galylea · ad testimoniũ iohis
baptiste secuti sunt eum duo · quor erat unus andreas qui
fratrem symonẽ continuo dixit adiũm · quando & nomen
ut petrus uocaretur accepit · quom abalus euangelistis dicit
quod eos in galylea piscantes inuenerit · atq; ad discipulatum
uocauerit · nisi quia intelligendum ẽ non sic eos iudisse tunc
dnm iuxta iordanen ut etiam inseparabiliter cohererent ·
si tantum cognouisse quiscit · eumq; mutatos ad propria reme
asse · Nam & in chana galylea cum fecisset de aqua uinum · dic
idem iohs quod crediderunt in eum discipuli eius · Quod ita
narrat · Et die tercio · nuptie facte sunt in chana galylee · & erat
mater ihu ibi · Vocat est & ihc & discipuli ei ad nuptias · Qui
utq; si tunc in eum crediderunt sicut paulo p dicit · non dum
erant discipuli cũ ad nuptias uocati s · S; illo more locutionis
hoc dictum est · quo loquim cũ dicim aplm paulum ĩ tharso
cilicio natum · neq; enim tunc iam erat apls · ita discipulos xpi
mutatos ad nuptias cũ audim · non iam discipulos si q futuri
erant discipuli intelligere debem · Iam enim utq; discipuli
xpi erant · quando ista narrata atq; conscripta sunt · & ideo de
illis sic locut est · tempor preterior narrator · Quod autem
dicit idem iohes post hoc descendit capharnaum ipse & mater
eius & fres eius · & discipuli eius · & ibi manserunt non multis
dieb; incertũ est utrum iam illi adhesserant petrus & andreas
& filii zebedei · Matheus enim primo narrat quod uenerit et
habitauerit in capharnaum · & postea quod eos de nauib pis
cantes uocauerit · iste autẽ quod cum illo capharnaũ ue
nerint discipuli eius · An forte mathe quod preter misserat